

B. D.

THESES PHILOSOPHICÆ

De

A N I M A

Ejusq[ue]

FACULTATIBUS,

Qvas

Ampl. Ordinis Philosoph. consensu in illis  
stribus ad Auram Atheneo,

PRÆSIDE

CL. VIRO

Mag. ALGOTHO A.  
SCARIN,

Hist. & Philos. Pract. Prof. Reg  
h. t. Rectore Magnifico,

Ad diem 16. Junii Anni MDCCXLI.

Pro GRADU

publice ventilandas sseit

ABRAHAMUS POPPIUS Fil.  
Wiburgensis.

---

ABOÆ, exc. J. Kiæmpe, R. Ac. Typ.

J. Paul Krogh

Admodum reverendis atq[ue] præclarissimis viris  
Dnn. MAGISTRIS,  
S.S. Theol. & Phil. in Reg. Gymn.  
Borgoënsi LECTORIBUS dexter-  
rimis,

Consist. Eccles. Adfessoribus æqvis-  
simis, Patronis & Promotoribus o-  
ptimis,

**O**b favorem & beneficia in se  
maxima,  
cum omnigenæ felicitatis apprecatio-  
ne,  
et spe ulterioris favoris ;  
has pagellas sacratas esse  
voluit & debuit

Auctor & Respondens.

I. N. 3.

*Thes. I.*

**S**cientia de Anima humana  
commodo vi vocis *Psychologia*  
*gia* dicitur, tertiamque or-  
dine, Metaphysices late ac-  
ceptæ & systematice tractatae pa-  
tem constituit.

*Thes. II.*

**N**on quidem inficiendum est ve-  
teres Philosophos pauca, quam-  
vis variis erroribus obnoxia, de a-  
nima humana scripsisse; quemadmo-  
dum autem ceteræ scientiæ philo-  
sophicæ recentiori ævo magis solide i. e.

A 2

me-

2

methodo experimentali, excoli cœperunt; ita etiam Psychologia hoc eodem ævo magis quam olim accurate explicari cœpit, & propositiōnibus sufficienter probatis demonstrari.

*Theſ. III.*

**N**ihil de anima humana cognoscimus, quod non experientiæ, reflectendo nimirum ad ea, quæ nobis ipsis consciis in nobis fiunt, ultimam debeat originem. Interim tamen non negamus multa animæ inesse, quæ immediate non experimur. Ad cognitionem autem eorum pervenimus, si vi eorum, quæ per experientiam immediatam nobis innotescunt, legitimo ratiocinio ejusdemodi ulterius eidem tribuimus prædicta, quæ ipsi conveniunt; removemus autem, quæ illi contrariantur.

*Theſ.*

*Theſ. IV.*

Possible igitur eſt, duplēcē ad cognitionem de anima dari perveniendi modum: unum per experientiam, alterum per ratiocinia legitime inde deducta.

*Theſ. V.*

Similiter hinc palam fit, q̄od q̄icq; vid de anima novimus, & experientiæ verisq;e inde formati principiis congruit, non poffit nō esse verum; cetera autem, q;æ nec experientiæ nec certis principiis congruunt, inter conjecturas ſint reſerenda.

*Theſ. VI.*

Dum ad nosmetipſos attenditus, varias in nobis mutationes & juxta qvoq; perceptiones, earumq;e ſucceſſiones animadvertimus. Sic non poſſumus non neceſſario ſenti-

**¶** re objectum aliquod sensibile ex-  
ternum & in corpus nostrum rite  
constitutum agens; & quidem ita, ut  
simul & objecti & sensationis nostræ  
nobis simus consciæ. Deinde obser-  
vamus nos posse interdum imagina-  
ri, fingere, recordari reminisci que  
aliiquid; interdum ad sensationes seu  
perceptiones nostras attendere &  
ad eas animum reflectere; nunc a-  
liiquid ab iis abstrahere, nunc de  
iis judicare atque ratiocinari. De-  
niique etiam, quod bonum nobis  
videtur, appetere, malum vero a-  
versari &c.

*Thes. VII.*

**C**um itaque vel hinc nemini non,  
qui justa uititur attentione, clare  
patescat omnes mutationes sive ope-  
rationes, quocunque in nobis co-  
tingant, ultimo terminari vel sub-  
sistere in conscientia nostri ipsorum  
& aliagum rerum extra nos consti-  
tutarum, intelligitur primam & fun-  
da-

damentalem questionem in Psycho-  
logia esse hanc: quid sit id ipsum,  
quod in nobis nostri ipsorum ceterorum  
que extra nos percepitorum sit conscientia?

*Thef. XIII.*

**S**ED cum ejusmodi mutationes at-  
que perceptionū successiones nul-  
li corpori aut materiei possint com-  
petere ob manifestam contradic-  
tionem, vel nisi minimam quamlibet  
corporis particulam proprias habe-  
re perceptiones concedas, quod ta-  
men est absurdum, necesse est, ut  
in nobis detur aliquid aliud a cor-  
pore nostro diversum cogitationum  
seu perceptionum nostrarum sub-  
iectum, atque illud est idem, quod  
*animam*, modo etiam *mentem*, no-  
stram appellare solemus.

*Thef. IX.*

**E**xistentia itaque animæ nostræ  
certa experientia est fundata.

*Thef.*

**A**Tque haec indubia experientia edocti tale exinde formamus satiocinium: Quodcumque est diversum a corpore, illi ea neque, quæ de corpore prædicantur, compete posse possunt: atque verum est prius; ergo & posterius.

**F**allunt ergo & falluntur, qui aut animam per facultatem corporis, vel per motum materiei cuiusdam subtilis explicare conantur, aut etiam corpora pro ideis animæ venditant.

**V**is dicitur ejusmodi principium in ente quodam, per quod actiones seu mutationes in ente eodem attuantur.

**Theſ. XIII.**

Cum itaque nemo non poffit largiri, nullam posſe concipi mutationem factam fine praefuppoſita aliqua actione, nec actionem quandam posſe concipi fine aliqua vi; ad mutationes animae producendas requiritur omnino *vis* aliqua, uade operationes ejus depeſcent.

**Theſ. XIV.**

Datur ejusmodi vis in ipsa anima.

**Theſ. XV.**

Ceterum cum vis ſemper ac continuo tendat ad mutationes, intra vel extra ſubjectum, cui ineft, producendas; eartum autem mutationum, quæ in anima fiunt, prima fit repræsentatio; vis illa primum exerit ſe circa reprætentationes, indeqve dicitur *repræsentativa*.

**Theſ.**

**Q**Væcunque sentimus seu nobis  
repræsentamus, non nisi singu-  
laria sunt, nec eorum amplius  
quid actu percipimus, quam quod  
sensibus occurrit: universalia enim,  
licet nobis aliquando repræsen-  
mus; individuis tamen vel singu-  
laribus inexistunt, & ope abstractio-  
nis demum patefiunt.

**D**ilm autem quid percipimus, aut  
circa idem subsistimus, aut et-  
iam ulterius progredimur, nimi-  
rum, id quod bonum nobis vide-  
tur appetende, malum v. aversan-  
do; ratio quoque patet, cur o-  
mnes animæ facultates dividantur in  
cognoscitivam & appetitivam.

**I**ntellectus pertinet quidem ad fa-  
cultatem mentis cognoscitivam

&amp;

& quidem superiorum, minus accurate  
tamen pro tota facultate cognosci-  
tiva sumitur, aut cum eadem con-  
funditur; quatenus est facultas a-  
nimæ a ceteris omnibus diversa.

*Thes. XIX.*

**A**nima circa volitiones ac noli-  
tiones hanc semper observat le-  
gem vel ipsi experientiæ confor-  
mem, ut nimirum nihil appetat,  
nisi sub ratione boni, & nihil a-  
versetur, nisi sub ratione mali.  
Hinc igitur certo concludi potest,  
non tantum quod anima per es-  
sentiam ita sit comparata, ut sem-  
per bonum, sive verum, sive appa-  
rens, appetat; malum autem sive  
verum, sive apparens, aversetur; sed  
etiam, quod rationes semper ad-  
esse debeant, quæ eam ad appre-  
tendum vel aversandum determi-  
nent.

*Thes. XX.*

**E**t si anima per motiva ad volen-  
dum nolendumq; determinatur,  
liber-

libertati tamen illus inde nihil derogatur.

*Thef. XXI.*

**Q**uamvis libertas sit facultas mentis essentialis; quia tamen non tantum spontaneitatem præreqvirit actionum atque contingentiam; verum etiam obiecti appetibilis aut aver-sabilis intelligentiam atque usum rationis; primario hominibus, qui intellectus rationisque uisu gaudent, libertas convenit. Hinc etiam lucet, cur bruta, utpote intellectu & ratione carentia, libertate de-stituantur, & homines, qui impe-tum affectuum sequuntur, in ser-vitate, morali esse vitamque bru-torum vivere dicantur.

*Thef. XXII.*

**Q**uacenus anima habet faculta-tem sese determinandi per motiva, h. e. quacenus vult, quod sibi

sibi tanquam bonum repræsentat; & non vult, quod sibi repræsentat tanquam malum, eatenus etiam obligatur ad actiones bonas committendas, malas vero omittendas. vel ut verbo dicamus legi naturæ convenienter vivere oportet. Atque vel ex hoc fundamento appertissime constat, cur scientia de anima humana solida, non tantum toti Philosophiæ Morali sit præmittenda; sed etiam ejus cultoribus non simplici vice commendanda.

*Thef. XXIII.*

**L**icet omnis spiritualitas simplicitatem supponat; non tamen per eandem solam determinatur; nisi simul adsint intellectus atque voluntas.

*Thef. XXIV.*

**F**undamentum immortalitatis animæ humanae proximum non quis

qvidem est indestructibilitas; sed per-  
severantia post mortem corporis  
in statu perceptionum distincta-  
rum & memoria sui ipsius pristi-  
næque vitæ perennis. Bene tamen  
indestructibilitas præreqviritur.

*Ibeſ. XXV.*

**Q**uamvis etiam bruta animâ gal-  
deant & qvidem simplici, ab  
animabus tamen humanis multis  
paralangis distant, hæque illis sunt  
longe præstantiores.

Tantum.



*NULL. 201*

**Q**uoniam ergo in aliis animalibus  
in circułatione mutuam sensib[il]i  
non trahitur nequid est in  
civis